



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Tertiæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

De numero partium eius. 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38725**

Ad tertium dicendum, quod peccata sunt materia remota penitentiae: in quantum scilicet sunt materia, vel obiectum humanorum actuum, qui sunt propria materia penitentiae, prout est sacramentum.

## ARTIC. II.

*Vtrum conuenienter assignentur partes penitentiae, contritio, confessio, & satisfactio?*

A secundum sic proceditur. Videtur, quod in conuenienter assignentur partes penitentiae, contritio, confessio, & satisfactio. Contritio enim est in corde, (& sic pertinet ad interiorē penitentiā) confessio autem est in ore, & satisfactio in opere, & sic duo ultima pertinet ad exteriorē penitentiā. Penitentia autē interior non est sacramentū, sed sola penitentia exterior, quæ sensui subiecta est. Non ergo conuenienter assignantur haec pars amento penitentiae.

¶ 2 Præterea, In sacramento nouæ legis conferatur gratia, ut supra habitum est\*. Sed in satisfactione non confertur aliqua gratia. Ergo satisfactio non est pars sacramenti.

¶ 3 Præterea, Non sibi idem fructus est & pars. Sed satisfactio est fructus penitentiae, secundum illud Luc. 3. Facite fructus diligenter penitentie. Ergo non est pars penitentiae.

¶ 4 Præterea, Penitentia ordinatur contra peccatum. Sed peccatum potest perfici solū in corde, per consensum, ut in secunda parte habitum est \*. Ergo & penitentia. Non ergo penitentiae debent partes ponit confessio oris, & satisfactio operis.

SED contra, Videtur, quod debeant poni plures partes penitentiae. Pars enim hominis ponitur non solum corpus, quod est eius materia, sed etiā anima, quæ est eius forma. Sed tria\* prædicta, cū sint actus penitentis, se habent sicut materia: absolutio autē sacerdotis se habet per modum formæ. Ergo absolutio sacerdotis debet poni quarta pars penitentiae.

RESPONDEO dicendum, quod duplex est pars, text. 7. 10. ut dicitur in 5.\* Metaphys. scilicet pars essentiae, &

Ter. Par. Vol. ii. N n pars

547  
4.d. 16.q.  
1. art. 1.  
2. 2. & 4.  
& d. 17.  
q. 3. a. 3.  
q. 4.c. &  
d. 22. qn.  
2. a. 1. q.  
2. ad 3.e<sup>g</sup>  
2. Cor. 3.  
le. 3. col. 2  
q. 62. a. 1.  
& 3.

posita in  
arg. 1.

pars quantitatis. Partes essentiaæ, sunt naturaliter quidem forma & materia; logicè autem est genus & differentia. Hoc autem modo quodlibet sacramen-

¶ 60. a. 5  
¶ 6.

ar. prec.

¶ 85. a. 3  
ad 3.

tum distinguitur in materiam & formam, sicut in par-  
tes essentiaæ. Vnde & supra dictu\* est, quod sacramenta  
consistunt in rebus & verbis. Sed quia quantitas se-  
tenet ex parte materiæ, partes quantitatis sunt partes  
materiæ. Et hoc modo sacramento penitentiaæ spe-  
cialiter assignantur partes (vt dictu\* est\*) quantum ad  
actus penitentis, qui sunt materia huius sacramenti.  
Dicendum est autem supra\*, quod alio modo sit recopen-  
satio offensa in penitentia, & in vindicativa iustitia.  
Nam in vindicativa iustitia fit recompensatio secun-  
dum arbitrium iudicis, non secundum voluntatem of-  
fendentis, vel offensi. Sed in penitentia fit recopen-  
satio offensa secundum voluntatem peccantis, & se-  
cundum arbitrium Dei, in quem peccatur: quia hic  
non queritur sola redintegratio aequalitatis iustitiae,  
(sicut in iustitia vindicativa) sed magis reconciliatio  
amicitiae quod fit dum offendens recompensat secun-  
dum voluntatem eius, quem offendit. Sic igitur requi-  
ritur ex parte penitentis Primo quidem voluntas re-  
compensandi quod fit per contritionem. Secundo, quod  
se subiectat arbitrio sacerdotis loco Dei: quod fit in  
confessione. Tertio, q̄ recō penset secundū arbitrium  
ministri Dei: quod fit in satisfactione. Et ideo cōtri-  
tio, cōfessio, & satisfactio, ponuntur partes penitentiaæ.

Ad primum ergo dicendum, quod contrito secun-  
dum essentiam quidem est in corde, & pertinet ad  
interiorem penitentia. Virtualiter autem pertinet ad  
exteriorem penitentiam: in quantum scilicet impli-  
cat propositum confandi, & satisfaciendi.

Ad secundum dicendum, quod satisfactio confert  
gratiam prout est in proposito: & auget eam, prout  
est in executione; sicut etiam baptismus in adultis,

¶ 53. a. 2. vt supra dictum est\*.  
¶ 9. 69. Ad tertiu dicendum, q̄ satisfactio est pars peniten-  
tiæ sacramenti, fructus autem penitentia virtutis.

Ad

Ad quartum dicendum, quod plura requiruntur ad bonum, quod procedit ex integra causa, quam ad malum, quod procedit ex singularibus defectibus, secundum Dionysium \* 4. cap. de diuinis nominibus. Et ideo licet peccatum perficiatur in consensu cordis, ad perfectionem tamen paenitentiae requiritur & contritus cordis, & confessio oris, & satisfactio operis.

Ad contrarium vero patet solutio per ea quæ dicta sunt \*.

## ARTIC. III.

*Vtrum prædicta tria sint partes integrales paenitentia?*

**A**d tertium sic proceditur. Videtur, quod prædicta tria non sint partes integrales paenitentiae. Paenitentia enim, (ut dictum est\*) contra peccatum ordinatur. Sed peccatum cordis, oris, & operis, sunt partes subiectivæ peccati, & non partes integrales: quia peccatum de quolibet horum prædicatur. Ergo etiam in paenitentia contritus cordis, confessio oris, & satisfactio operis, non sunt partes integrales.

**¶ 2** Præterea, Nulla pars integralis in se continet aliam sibi conadiuisam. Sed contritus continet in se confessionem & satisfactionem in proposito. Ergo non sunt partes integrales.

**¶ 3** Præterea, Ex partibus integralibus, simul & æqualiter constitutur totum, sicut linea ex suis partibus. Sed hoc non contingit hic. Ergo prædicta non sunt partes integrales paenitentiae.

**SED** contra, Illæ dicuntur partes integrales, ex quibus perfectio torius integratur. Sed ex tribus prædictis\* integratur perfectio ipsius paenitentiae. Ergo sunt partes integrales paenitentiae.

**RESPONDEO** dicendum, quod quidam dixerunt, hæc tria esse partes subiectivæ paenitentiae. Sed hoc non potest esse: quia singulis partibus subiectivis adeat tota virtus totius, & simul & æqualiter; sicut tota virtus animalis, in quantum est animal, saluat in quilibet specie animalis, quæ simul & æqualiter di-

N r 2 uidunt

c. 4. p. 2 4.  
inter fin.  
& med.

in corpo-  
re art.

548  
4. d. 16 q.  
1. art. 1. q.  
3.  
q. 84. s. 3.

art. præc.  
positis in  
arg. 1.